

memoratis D. Cligerio Nasinguerrae et Sergio seu ipsorum heredibus . . . . occasione cessante que conditio et respectus expressa fuit et expresse dicta sepius replicata coram antedictis testibus et antedictis fratribus qui presentes intererant Investiture præmissee . . . . Hanc quoque conditionem que apposita, et in successione feudi et Vassallus absque legitimo herede decederet ut supra facta est mentio post receptum iuramentum legitime fidelitatis ab eodem Vassallo predictus D. Episcopus specificè et aperti gratificavit et voluit.

Ego Candanus imperiali auctoritate publicus notarius huic investiture interfui et rogatus ab antedicto Vassallo, et de mandato memorati Domini Episcopi hanc scripsi in formam publicam deducendo.

Ego Petrus Vicentinus imperiali auctoritate . . . . domini Regis Conradi publicus notarius huic investiture interfui et rogatus ab antedicto Vassallo et de mandato memorati Domini Episcopi ad maiorem cautelam et per perpetuam memoriam me subscripsi tanquam versacitor certam de predictis omnibus veritatem.

---

VIII.

1208. 4 gennaio. Rovigno.

**Trattato di pace fra le città di Pirano e di Rovigno.**

(Kandler, Cod. dip. istr.)

In Dei nomine Anno ejusdem nativitatis Millesimo Ducentesimo octavo, Indictione XII. Actum Rubinii quarto die intrante Januario.

Cum lis et controversia et mortalis discordia inter habitatores Rubinii ex una parte, et abitatoribus Pirani ex alia parte, humani generis inimico suggerente, verteretur ab illo tempore et paulo amplius quum homines de capite histriæ una secum predictum Rubinium invaserint, nullo interveniente, ad prestinæ